UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XV. Das Kloster Marienwalde verleiht an Conrad Stym und seine Hausfrau 20 Hufen, einen Krug, das halbe Schulzengericht und das halbe Kirchlehn zu Lamprechtsdorf, am 1. August 1317.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

eine wüste Feldmark bekannt. — Das Original dieser Urkunde befindet sich im Besitz der Königl. Universitäts-Bibliothek zu Berlin. Es zeigt weiter keine erhebliche Abweichungen von der vorstehenden Copie, als in der Zeitbestimmung der Jahresfeier. Der abweichende Inhalt ist in den Anmerkungen angezeigt. Anstatt der ( ) eingeschlossenen Stellen der Copie liest man im Original die in den Anmerkungen angegebenen Zeitbestimmungen.

XV. Das Kloster Marienwalde verleiht an Conrad Stym und seine Hausfrau 20 Hufen, einen Krug, das halbe Schulzengericht und das halbe Kirchlehn zu Lamprechtsdorf, am 1. August 1317.

Vniuersis hanc literam inspecturis Frater Michael, abbas in Marienwolde, totusque eiusdem loci Conuentus salutem in domino sempiternam. Cum ad memoriam rei geste descriptio valeat literalis, Vestre igitur recordationi subscriptorum serie declaramus, Quod Conradus, dictus Stym, et vxor sua Juncta XX mansos in lamprechtsdorff cum omni Jure tabernamque, vnam quoque medietatem ibidem Juris patronatus bonorum et ecclesie, cum medietate Judicii prefecture ab Heinrico, dicto Glum, cum omni Justicia, secundum quod ipse a nobis habuit et dinoscitur habuisse, per emptionem ad vsum vite sue legitime contraxerunt, Quod confirmauimus eis fauorabiliter conferendo: quoad et quamdiu alter eorum superuixerit, ipsum ex integro possidebit. Quod si antedictum Conradum Stym solum superuiuere contigerit et aliam vxorem duxerit atque heredes inde procreauerit, Tunc vt exigit legalis Justicie Tenor et iam dicti heredis, licet solus fuerit an plures, totum iam dicti beneficii Impensum Jure hereditario possidebunt. Quod si sepedictum Conradum absque liberis mori omnino contigerit, Tunc ad vsum nostre ecclesie dicta bona liberaliter sunt cesura. Hoc nostri sigilli munimine duximus inuiolabiliter roborandum. Datum Anno domini M°. CCC°. XVII, vincula Petri.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 18.

XVI. Henning Blume bekundet das Miteigenthum des Klosters Marienwalde an der Mühle zu Regenthin, am 14. September 1317.

Vniuersis hanc literam percepturis Henningus, Blume condictus, salutem cum omni obsequio famulatus. Memorie vestre duxi perenniter innodandum, Quod domini mei monachi in Marienwalde medietatem habent in fructu et vtilitate molendini, quod ex fauore eorum in redentin edificaui, Et istam iam dictam medietatem molendini tollere debent, perenniter possidendam, quamdiu prius nominata villa redentin, per me vel per liberos meos non vendetur. Nam quandocunque vendi contigerit videlicet dicta villa Redentin aut per me aut per proprios meos filios vterinos, Tunc prefatum molendinum, quod nec vendi potest nec aliquo modo alienari, dictis do-